

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur


Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Zwölfter Band.

Erstes Heft.

Mit 3 Tafeln.



Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1886.

Ein Nachtrag.

Von R. Thommen.

In dem von mir im ersten Heft dieses Bandes S. 163 ff. veröffentlichten Aufsätze 'Ueber einige unechte Kaiserurkunden in der Schweiz' beziehe ich mich bei Besprechung der Urkunden für Beinwil u. a. auch auf eine von Cölestin III. für dieses Kloster ausgestellte Bulle vom Jahre 1194. (Irrig heisst es a. a. O. S. 174 vom Jahre 1193). Diese Bulle ist, so viel ich sehe, bis jetzt nur im Soloturner Wochenblatt abgedruckt, d. h. sie ist so gut wie nicht bekannt, wie sie denn auch in Jaffés Regesten nicht verzeichnet ist. Zudem ist der dort gegebene Druck ziemlich ungenau und besonders was die Eigennamen betrifft nicht frei von willkürlichen Aenderungen. Ich halte daher einen neuerlichen Abdruck für ganz am Platze und gebe im Folgenden den Text der Bulle nach einer vom Original genommenen Abschrift.

Papst Cölestin III. nimmt das Kloster Beinwil (Kl. Soloturn) in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzstand. Lateran 1194 März 14.

Original im Staatsarchiv zu Soloturn. A.

Soloturner Wochenblatt 1824 S. 268—270.

Die Bleibulle hängt an einer gelbbraunen geflochtenen Seidenschnur. Die Urkunde ist 66 m hoch und 51 m breit. Der Text zeigt, mit Ausnahme der Unterschriften der Bischöfe, Presbyter und Diacone, keinen Wechsel der Hand oder der Tinte.

‡ Celestinus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Gerungo abbati ecclesie omnium sanctorum constructe in loco qui dicitur Beinwilre eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum ‡

Quotiens illud a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum omnium sanctorum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, in proprietate nobilium

virorum Nokeri Oudelardi Burchardi Oudalrici constructum et ab eisdem beato Petro cum omnibus suis pertinentiis pia devotione oblatum, ad exemplar felicis recordationis Eugenii pape predecessoris nostri sub eiusdem principis apostolorum et apostolice sedis protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus: statuentes, ut quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonicè possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis, Liela, Nugerol et capellam eiusdem ville cum omnibus mancipiis suis, Sewen et capellam eiusdem ville cum omnibus pertinentiis suis, Grindiln et ius quod habetis in capella eiusdem ville¹, Mulhein, Helgiswilre et omnem decimationem infra rupem quam incole Lamartsflum vocant, Morsbach, Blachwen, Ramolwire, Hufehen, Brunkehen, Mezherlon, Luodoldistorf², Ouken, Biediertan, Buezherach, Hergeswile, Herkingin, Mumeliswile, Huoingen, Luopthurf, Lulwile, Roud[?]munt, Riede, Wilere, Buhse, Recheswendin, Cundoltingin, Boubinowe, Rauzelingin, Hurwile, Titeritun, Braswilere, Rigolswilre, Luiwilre, Buoron, Diekon, Liedirwilre, Lubesingin, Baldewile, Eptinwin, Selboldisberch, Rectidinberch, Ederswilre, Huhostetten, Luozela, Nurekon, Briselake, Rinake, Zinwigen, Bermeswile, Wikesowe, Hunegin, Numengen, Sliegin, Chuowis. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum sive clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque comunem apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere; alioquin quemcumque malueritis, adeatis antistitem³ gratiam atque comunem apostolice sedis habentem, qui nostra fultus auctoritate quod postulatur impendat. Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus

1) Von 'et' bis 'ville' auf Rasur. 2) r aus f corrigiert. 3) Von 'quemcum qui' bis 'antistitem' auf Rasur.

mortuorum corpora assumuntur. Libertates quoque et immunitates antiquas et rationabiles consuetudines monasterii vestri hactenus observatas ratas habemus et eas perpetuis temporibus illibatas manere censemus. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem fratres comuni consensu vel maior pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Ad inditium autem percepte huius a Romana ecclesia libertatis et quod locus ipse iuris beati Petri sit a prefatis nobilibus viris apostolice sedi sub unius aurei censu oblatas, bizantium unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvitis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fa[ti]gare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et in suprad[ic]tis ecclesiis diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(Rota mit der Umschrift): 'Perfice gressus meos in semitis tuis'. (M.)

Ego Celestinus catholice ecclesie episcopus.

† Ego Albinus Albanensis episcopus ss.

† Ego Octavianus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.¹

† Ego Iohannes Prenestinus episcopus ss.

† Ego Petrus Por[tu]lensis et sancte Rufine episcopus ss.

† Ego Pandulfus basilicae XII apostolorum presbiter cardinalis ss.

† Ego Petrus tituli sancte Cecilie presbiter cardinalis ss.

† Ego Iohannes tituli sancti Stephani in Celio monte presbiter cardinalis ss.

† Ego Centius tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis ss.

† Ego Iohannes tituli sancte Prisce presbiter cardinalis ss.

1) Diese ganze Unterschrift auf Rasur.

† Ego Gregorius sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.

† Ego Gregorius sancte Marie in Aquiro diaconus cardinalis ss.

† Ego Gregorius sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis ss.

† Ego Dobo sancti Theodori diaconus cardinalis ss.

† Ego Cencius sancte Lucie in Orthea diaconus cardinalis ss.

Dat. Laterani per manum Egidii sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis, II. id. Martii, indictione duodecima, incarnationis dominice anno M^oC^oXC^oIII^o, pontificatus vero donni¹ Celestini pape tercii anno tertio.

Wir lassen hier eine von Herrn Prof. Bresslau uns mitgetheilte Berichtigung folgen:

Im Neuen Archiv XII, 163 ff. bespricht R. Thommen eine Reihe von Kaiserurkunden des 12. Jahrhunderts, über welche ich mir, da ich sie nicht gesehen habe, ein Urtheil nicht erlauben darf. Wenn aber der Verfasser auf S. 175 f. auch die beiden Rüggisberger Diplome Heinrichs IV. und Heinrichs V. St. 2788. 3121 verwirft, so muss ich dies Urtheil in Bezug auf das letztere Stück berichtigen. St. 2788 zwar ist eine — allerdings nach echter Vorlage — angefertigte Fälschung, St. 3121 dagegen eine authentische und zweifellos aus der Kanzlei Heinrichs V. hervorgegangene Urkunde. Der Schreiber dieses Diploms ist einer der beiden Beamten, die in der Kanzlei des letzten Saliers am meisten beschäftigt waren; ich habe Kaiserurkunden in Abbildungen Lief. IV, Taf. 23. 24 zwei andere von ihm hergestellte Urkunden mitgetheilt und in den zugehörigen Erläuterungen über die anderen mir bekannt gewordenen Diplome, die von einer Hand herrühren, berichtet: der Vergleich jener Facsimiles mit der Urschrift der Rüggisberger Urkunde wird Thommen überzeugen, dass die letztere ein Werk desselben Mannes, also eine echte Kanzleiausfertigung ist.

H. Bresslau.

1) sic!